Hæc enim omnia mari rufeſcunt,& in vniuerſum omnia,quæcunque proprios, ac vernaculos colores habent. Semper enim cùm hi omnes colores vi humidi,& calidi ſimul coeunt in eorum quæ intinguntur meatus exareſcentes, deinde ab illis colores aſſumunt. Ob id ſæpe colores florum eluuntur, ex poris, ſeu meatibus effluentes. Multas etiam faciunt ipſæ conſtipationes, & in intinctione differentias: multas etiam commiſtiones,& affectus intinctorum,quæ πάθη dicuntur: ſicut & de craſi,id eſt,contemperatione,ſuperius dictum eſt. Imbuuntur etiam quædam nigro colore vellera,neque tamen ſimiliter colore hoc niteſcunt. Cauſa eſt,quòd vellerum meatus ingredientibus colorum meatibus intinguntur,pilorum autem interualla tincturam nullam recipiant. At quę alba ſunt,atque inuicem coloribus obnoxia,omnia ſplendidiores flores videri faciunt:ex aduerſo autem nigra,vmbroſos, & obſcuros videri faciunt. Ob id color ille,qui ὄρφνιος dicitur, ex nigris magis,quàm albis effloreſcit:ſic enim purior, & magis eximius apparet flos ipſis permiſtus:quod fit ob ipſius nigri fulgorem. Secundum enim hoc idem interiectum meatuum interuallum,ob exiguitatem & tenuitatem nō videtur, ſicuti neque ſtannum æri admiſtum, neque aliorum huiuſcemodi aliud quicquam,colores verò eorum,quæ intinguntur, tranſmutantur ob eas,quas diximus,cauſas.

CAPVT V.

QVod autem capilli, & pennæ, & flores, & fructus, & plantæ omnes vnà cum maturitate varias induunt mutationes, ex multis perſpicuum eſt. Sunt & nonnulla ſingulis plantarum, colorum principia,& qualia illa ſint,& ex qualibus mutationes ſuſcipiant, & quas ob cauſas talia patiantur, & ſi quas alias dubitationes contingat illa conſequi, de his omnibus ex ea,quam inſtituimus,indagine cōſiderandum eſt nobis. In omnibus autem plantis principium colorum eſt, qui herbaceus dicitur. Nam germina, & folia, & fructus, vel ſemina gignuntur in ipſis auſpiciis herbacea: id, quod etiam animaduerti poteſt ex aquis compluentibus. Vbi enim pluſculum temporis conſiſtit aqua, rurſus exareſcens,colore fit herbaceo. Ratione autem euenit,& hunc primum in omnibus ex terra naſcentibus colorē conſiſtere: ſiquidē omnes aquæ vetuſteſcētes,

A καὶ γὰρ ταῦτα [πάντα] ὑπὸ τῆς θαλάττης γίγνονται πυῤῥά. καὶ ὅλως ὅσα χρόας ἰδίας ἔχει. ἀεὶ γὰρ ἀπὸ πάντων αὐτῶν, ἅμα τῷ τε ὑγρῷ καὶ τῷ θερμῷ, τῶν χρωμάτων συνεισιόντων εἰς τοὺς τῶν βαπτομένων πόρους, ὅταν ἀποξηρανθῇ, τὰς ἀπ' ἐκείνων χρόας ἀπολαμβάνει. διὸ καὶ πολλάκις αὐτῶν ἐκπλύνεται, τῶν ἀνθῶν ἐκ τῶν πόρων ἐκκρυέντων. πολλὰς δὲ καὶ αἱ στύψεις ἐν τῇ βαφῇ ποιοῦσι διαφορὰς καὶ B μίξεις, καὶ τὰ πάθη τῶν βαπτομένων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς κράσεως εἴρηται πρότερον. βάπτεται δὲ καὶ τὰ μέλανα τῶν ἐρίων. οὐ μὴν ὁμοίως γε [καὶ] τῷ χρώματι γίγνεται λαμπρά, διὰ τὸ βάπτεσθαι τοὺς πόρους αὐτῶν, εἰς τοὺς τῶν ἀνθῶν εἰσιόντας· τὰ δὲ μεταξὺ διαστήματα τῆς τριχὸς, μηδεμίαν λαμβάνειν βαφήν· λευκὰ μὲν ὄντα, καὶ παράλληλα κείμενα τοῖς C χρώμασι, ποιεῖ πάντα φαίνεσθαι τὰ ἄνθη λαμπρότερα· τὰ μέλανα δὲ, τοὐναντίον, σκιερὰ καὶ ζοφώδη. διὸ καὶ τὸ καλούμενον ὄρφνιον, εὐανθέστερον γίνεσθαι τῶν μελάνων ἢ τῶν λευκῶν. οὕτω γὰρ ἀκρατέστερον αὐτοῖς φαίνεται τὸ ἄνθος, κεραννύμενον ταῖς τοῦ μέλανος αὐγαῖς. καθ' αὑτὸ [μὲν] γὰρ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν πόρων, οὐχ ὁρᾶται διὰ σμικρότητα, καθάπερ οὐδὲ κασσίτερος τῷ χαλκῷ κρα- D θεὶς, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν τῶν τοιούτων. τῶν δὴ βαπτομένων τὰ χρώματα, ἀλλοιοῦνται διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.

Κεφάλαιον ε.

ΤΑ δὲ τριχώματα καὶ τὰ πτερώματα, καὶ τὰ ἄνθη, καὶ οἱ καρποὶ, καὶ τὰ φυτὰ πάντα, ὅτι μὲν ἅμα τῇ πέψει πάσας τὰς τῶν χρωμάτων λαμβάνει μεταβολὰς, φανε- E ρὸν ἐκ πολλῶν. τίνες δέ εἰσιν ἑκάστοις τῶν φυομένων ἀρχαὶ τῶν χρωμάτων, καὶ ποίας τὰς μεταβολὰς ἐκ ποίων λαμβάνουσι, καὶ δι' ἃς αἰτίας ταῦτα πάσχει, κἂν εἴ τινας ἄλλας ἀπορίας αὐτοῖς συμβαίνει παρακολουθεῖν, περὶ πάντων τούτων ἐπισκεπτέον ἐκ τῶν τοιούτων. ἐν πᾶσι δὴ τοῖς φυτοῖς ἀρχὴ τὸ ποῶδές ἐστι τῶν χρωμάτων. καὶ γὰρ οἱ βλαστοὶ καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ καρποὶ, γίνονται κατ' ἀρχὰς ποώδεις. F ἴδοι δ' ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ὑομένων ὑδάτων· ὅπου ἂν πλείονα χρόνον συστῇ τὸ ὕδωρ, πάλιν ἀποξηραινόμενον, γίνεται τῷ χρώματι ποῶδες. κατὰ λόγον δὲ συμβαίνει, καὶ τὸ πρῶτον ἐν πᾶσι τοῖς φυομένοις τοῦτο συνίστασθαι τῶν χρωμάτων. τὰ γὰρ ὕδατα πάντα χρονιζόμενα,

κατ'